



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 25. Garziæ Loaysæ Cardinalis obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1546

lit: sed postea Betonius a Jacobo Scottiæ Rege in Gallias Legatus ad Franciscum I. decretus, ab eodem Mirapicensi in Occidania Episcopatu, a Jacobo autem paulo post Metropolitanana Sede ad S. Andream decoratus fuit: tandem ad utriusque Regis preces a Paulo III. die vigesima Decembris anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo octavo Cardinalium Collegio adscriptus titulum S. Stephani obtinuit, & Legatus in Scotia se nascenti hæresi immoto fidei studio opposuit.

### §. XXV.

#### *Garzia Loaysæ Cardinalis obitus.*

*Ciacon. t. 3.* *Hoc item anno sacrum Purpuratorum*  
*p. 517.* *Collegium* *alios duos amisit Cardi-*  
*Ugel. addit.* *nales, iique erant Garzias Loaysa &*  
*ad Ciacon.* *Grimanus, quorum prior natione Hi-*  
*Anto. Senen.* *spanus ex Petro Loaysa & Catharina*  
*in chron. sui* *de Mendoza Tolaveræ in Hispania no-*  
*Ordin.* *væ Castellæ oppido, duodecimo a Tole-*  
*tana urbe lapide diffito natus erat. Is*  
*juvenis adhuc Ordinem FF. Prædicato-*  
*rum amplexus postmodum in comitiis*  
*Romæ celebratis Magister Generalis re-*  
*nuntiabatur, Carolo V. autem non mo-*  
*dio a confessionibus, sed etiam consiliis*  
*fuit, quinimo Indiarum quoque Præses,*  
*Cruciatae Commissarius ac Hæreticæ*  
*pravi-*

pravitatis Inquisitor generalis in Hispania nominabatur, mox vero Episcopus

Sæc. XVI.

A.C. 1546.

Oxonensis ac Seguntinus, dein Archiepiscopus Hispalensis creatus Generatum suum depositus. Tandem ad ejusdem Caroli Cæsaris preces inter Presbyteros Cardinales titulo S. Susannæ die undecima Martii anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo cooptatus Bononiæ in publico Patrum Senatu rubrum galerum die decima nona ejusdem mensis ab ipso summo Pontifice recepit. Obiit autem Madriti hoc anno die vigesima secunda Aprilis.

### §. XXVI.

#### *Crimani Cardinalis mors.*

Alter erat Marinus Grimanus, Nepos *Ciacon. l. c.*

Dominici Grimanii Cardinalis, qui p. 485.

anno Salutis nostræ millesimo quingen- *Joan. Cand.*  
tesimo vigesimo tertio obiit: Marinus *in hisp. Aquil.*  
autem quatuor post annos die quinta *Aube. vie des* *Cardinaux.*

Majiprimum a Leone X. Aquileiensis Patriarcha, ac postea a Clemente VII. Papa Cardinalis Presbyter tit. S. Vitalis renuntiabatur: cum vero nonnisi anno post Christum natum millesimo quingentesimo vigesimo nono mense Januario Romam veniret, eapropter tunc primum inter Cardinales locum obtinuit, atque ab eodem Pontifice Legatus in Umbria